

N. 132.

A. D. 1331

(29 novembre; Indiz. XIV)

<i>Provenienza</i>	Cattedrale.
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatario</i>	<i>Nicolaus de Magistro Leone not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang: alt. m. 0,60; larg. m. 0,31.
<i>Scrittura</i>	Gotica.
<i>Contenuto</i>	<i>Petrus de Venusio</i> e la sua figlia <i>Gilia</i> , barlettani, vendono alla Chiesa di <i>Santa Maria de Episcopio</i> , per mezzo del suo procuratore, <i>dompnus Francus de lilla</i> , una lor casa, posta <i>in pictagio Sancte Marie</i> , al prezzo di oncia una e tari 18.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Anno ab Incarnacio (*sic*) domini nostri ihesu christi Millesimo Trecentesimo, Tricesimo primo, Regnante domino nostro Roberto *etc.* Regnorum suorum anno vicesimo secundo. Mense Novembris die penultimo eiusdem quarte-decime Indicionis apud Barolum. Nos, Umfredo de Lauretta Regalis Baroli Iudex Nicolaus de Magistro Leone puplicus (*sic*) eiusdem terre notarius et testes subscripti licterati de eadem terra *etc.* testamur. Quod predicto die in nostri presentia constituti Petrus de Venusio et Gilia mulier f. eiusdem Petri Barolitani civis, dicta Gilia prius a me predicto Iudice inquisita *etc.* vendiderunt, tradiderunt et assignaverunt Dompno Franco de lilla presbitero Ecclesie Sancte Marie de Episcopio Maioris Barolitane Ecclesie, ac procuratori omnium et singulorum Clericorum ipsius Ecclesie procuratorio nomine *etc.* Domum unam ipsius Gilie pertinentem eidem Gilie Iure legati, ut dixit, sitam intus in terra Baroli in pictagio Sancte Marie iuxta domum heredum qd. Iohannis de Ambrosiana, et iuxta domum Iacobelle filie adoptive qd. Guillelmi Petraroli viam puplicam et alios confines. Ex qua eorum vendicione dictus Petrus et Gilia presentialiter et manualiter receperunt et habuerunt, ab eodem dompno franco, in carolenis argenti boni et iusti ponderis sexaginta per unciam computatis Unciam unam, et tarenos decem et octo, totum scilicet pretium *etc.* Quatinus a presenti in antea habeant et possideant *etc.* Et dicti Petrus et Gilia dictum francum in vacuam et corporalem possessionem dicte domus immiserunt *etc.* Guadium quoque dederunt Obligaverunt omnia bona sua *etc.* Contra que si fecerint promiserunt pene nomine componere terenos viginti quatuor et totidem Regie Curie *etc.* Renuntiaverunt singulis legibus et consuetudinibus *etc.* Consuetudini Baroli *etc.* Presente ibidem et consentiente Rosa uxore dicti Petri cum consensu et auctoritate Nicolai filii et legitimi mundualdi sui *etc.* Iuraverunt super sancta dei evangelia *etc.* Quod scripsi ego predictus Nicolaus puplicus Baroli notarius qui predictis rogatus interfui et meo signo consueto signavi. (*Segno*).

† Umfredus de Lauretta q. s. Iudex. (*Segno*).

† Ego Notarius Iohannes de Cilio de Gualdo testis quia interfui et Me subscripsi.

† Ego Iaconus Guliemus (*sic*) de gattis Testis sum.

Notitia testium:

Guillelmus de gattis, Petrus Angeli de gattis, Nicolaus de Baro pinatus, et notarius Iohannes de ciliis.